

1549.

31. Posterius quod ad laureolas vel aureolas attinet, eas Salmeron ad h. l. colligere, fidelibusq; Ministris tribuere conatur, scribens: *Immarcescibilis gloria corona, inquit, plus est, quam vita aeterna, quia significat certum celsiorem gradum aeternae vitae praeter ceteris.* Quare postquam Daniel dixerat, multos resurrecturos, alios in vitam aeternam, alios in opprobrium sempiternum; addit aliquid peculiare de Doctoribus. *Quia docti fuerint, fulgebunt, quasi splendor firmamenti, &c.* Sed talis aureola, vel laureola simpliciter, & immediate per Apostolum hic minimè significatur: (1) Quia Petrus simpliciter loquitur, quando gloria coronam introducit, atq; Presbyteris promittit: (2) Quia tibi corona gloria cunctis sine discrimine, vel exceptione promittitur: iam autem gloria gradus non dicuntur omnibus convenire. (3) Quia, juxta nonnullos, Gloria corona dicitur, ut abstractum pro concreto, corona gloria pro corona gloriosa ponitur, quae certe cunctis electis erit communis, dum omnes erunt Reges gloria, vel caelestis gloria, Apoc. I, 6. *Filii caelestis Patris, tanquam Regis caelorum, Heredes Regni, coheredes Christi, Rom. II, 15.* (4) quia B. Calovius in Bibl. Illustr. ad h. l. scribit: *Per Coronam gloriae non designatur aureola vel laureola Pastorum fidelium, vel celsior gradus aeternae vitae praeter ceteris, ut Hugo, Thomas Anglicus & Salmeron, volunt; sed ipsa aeterna vita: Quo de Estius: Hesselius vult coronam valde gloriosam. Non enim simpliciter inquit vitam aeternam significat, sed altiorem praeter ceteris gradum.* Unde Dan. XII. cum dictum esset, bonos ituros in vitam aeternam, de eminentiori Pastorum premio sequitur. *Qui docti fuerint, fulgebunt sicut splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudierunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates?* Hanc coronam, sunt qui aureolam interpretantur, quae Doctoribus attribuitur, ut Hugo, Cardin. & Thomas Anglicus. Sed probabilius est principale premium intelligi, quod & alibi corona nomine significari solet ut Jacob. 1, 12. (4) Huc etiam referri potest emphaticus loquendi modus, dum Apostolus pollicetur $\tau\omicron\nu\ \alpha\mu\alpha\rho\alpha\upsilon\lambda\iota\nu\omicron\nu\ \tau\eta\varsigma\ \delta\omicron\lambda\eta\varsigma\ \sigma\epsilon\phi\alpha\gamma\omicron\nu\omicron$, ubi $\tau\omicron\ \tau\eta\varsigma\ \delta\omicron\lambda\eta\varsigma$ in medio ponitur, & cor, vel centrum, seu formale, & $\sigma\epsilon\phi\alpha\gamma\omicron\nu\omicron$ constituitur, adeoq; $\tau\omicron\nu\ \sigma\epsilon\phi\alpha\gamma\omicron\nu\omicron$ restringit, & determinat, ad